

Vc  
3543









Natalem  
Septuagesimum primum

SERENISSIMO ATQ; POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

**JOHANNI GEORGIO,**

D. G. Saxoniae, Juliaci, Cliviae ac Montium Duci,  
S. Rom. Imper. Praefecto Praetorio & Electori  
Septemviro, Landgravio Thuringiae, Mar-  
chioni Misniae & utriusque Lusatiae, nec non  
Burggravio Magdeburgensi, Comiti in  
Marcâ & Ravensberg, Dynastæ in  
Ravenstein,

DOMINO CLEMENTISSIMO

In Electorali Dresdâ solenniter celebratum

Die VI. Martii, Anno recuperatae

gratiae

clo lbc LV.

gratulatur

**M. CHRISTIANVS LAVRENTIVS,** Dresdensis,  
SS. Theol. Cultor.

DRESDAE

*Charactere Melchioris Bergonii.*





19.  
**P**atriæ Pater magnanime, Saxo divine,  
Qui claritatem famæ adeptus es totò  
In orbe, quemq; Posterique canent semper,  
Septemvirum antiquissime omnium, salve,  
Senexq; sancte, versibus pio corde  
Natis diem isthanc subditis Tuis valde  
Gratam, & lapillò candidò usque signandam  
Celebrabo, paupere indole modestaque:  
Non hujus ut sublimitas rei poscit,  
(Quippe ea periti Vatis arte scribenda,  
Mini negatâ Apolline asperò summè,  
Pietas sed integra & fides satis constet,  
Quam debeo Septemviro meo æternum.  
Aliis relinquo Marte prosperò gesta  
Narranda, quæ fortissimi duces horrent,  
Et gloriâ esse Saxoni parem nullum  
Fateri habent necesse; quàmque tutatus  
Acriter, Avernalem tyrannidem contra,  
In præliis periculi immemor coeci  
Strictos per enses, lanceas, per ignesque  
Cœleste Verbum Numinis, quod ardere  
A flore primò ætatis usque coepisti,  
Fastidians tanquam insito atque fervente  
Zelò AntiChristi fabulas adorandas,  
Quæ credulum ad profunda tartara abducunt,  
Vivacibus flammis subinde torquendum.

Omitto



Omitto talia hæc lubens ; DEO tantum  
Litabo laudes gratiasque solemnes,  
Lux ista quod Natalis orta sit rursus,  
Bellè valente Principe Optimò nostro,  
Canitiei suusq; constet ornatus.  
Est mira res. Senecta dives ærumnæ  
Plerumq; privat membra robore & succo,  
Currente pleno flumine antè per corpus ;  
Et cum venusta forma frontis effulsit,  
Definit in umbram inanem & horridam larvam.  
Contrario ordine hic sed omne procedit,  
Ut juvenis annorum integer, cui vires  
Solidæ, atque turgent sanguine optimò venæ,  
Ensiser eadem firmitate præpollet ;  
Quin si velimus veriora vulgare,  
Longè antecellit viribus juventutem.  
Isthæc videntur malè quidem cohærere,  
Haud aliter attamen se habere rem, cuncti  
Novère, cani capitis indolem raram  
Queis indies scrutarier datum est largè.  
Regione tali quid beatius posset  
Esse, Duce cui isto fruier annuit Numen ?  
Tu Misnia istud possides bonum sola,  
Præstantius longè quod omnibus gazis,  
Hinc idque nobis Exteri invident fermè.  
Clementiæ coelestis est nota illustris,

Me-



10. 3543 7A  
Memorabili præconio, camoenisq;  
Et Subditorum plaufibus piis dignæ,  
Gaude proinde Misnia, atque gratare  
Tibi simul cum Filiabus & Natis,  
Conjuge bonis virtutibus coruscante,  
Generis, Nepotibusque nobilis Rutæ,  
Quòd floreat sine haud stupore communi,  
Quasfata sævi Martis impetu infanò  
Non semel, edacibusque virium curis,  
Laboriosis fascibus Tuis nexis.  
Adhuc stat inconcussa Ruta sublimis,  
Longeque lateque explicat suos frondes.  
Infanietque Cerberus, velit quantum,  
Et qui latratus hujus audiunt diros,  
Struantq; machinas, dolosque mendaces.  
CHRISTUS tuetur, Saxo, Te, Tuæ VITÆ  
SCOPUS, artubus novumq; robur adspirat;  
Erroribusque immunis ut fides nostra  
Permaneat, ille gratiã juvat per Te.  
Dominare porro, Elector, in Tuã Dresdã  
Feliciter, virtute Numinis septus;  
Procul facesfat Martis ira crudelis,  
Pax alma nostræ Misniæ data haud cesset,  
Succo Senilis perpetim affluat Ruta,  
Totamque magni Saxonis domum nunquam  
Facillimã carere forte cernamus.  
Tandem rudis sic finiat meus Scazon.

✱ (o) ✱



ULB Halle 3  
004 810 481



VD 77









V c  
3543

Natalem  
Septuagesimum primum

SERENISSIMO ATQ; POTENTISSIMO

PRINCEPS, ELECTOR, ARCHIEPISCOPUS, &c.

JOHAN

D. G. Saxoniae

S. Rom. Imperii

Septemviro,

archiepiscopi Misniae

Burggravi

Marcâ

DOMINUS

In Elector

M. CHRIST

ORGIO,

Montium Duci,

orio & Electori

ringiae, Mar-

fatiae, nec non

, Comiti in

ynastæ in

SSIMO

r celebratum

ratae

TIVS, Dresdensis,



*Charactere Melchioris Bergeni.*

